

Christo, velut signum quoddam excidit venturi, Discipulis esse traditam; ita ut antegressa sit, sed cladem ipsam urbis intelligi, & contaminationem, quam paullè declaravimus. Itaque comma istud 15. Cum ergo videris, &c. non respondet sequenti, & particula, tunc: sed fentientiam abolivit, hoc sensu: *Cum videritis abominationem desolationis*; id est vastitatem, ac ruinas vestras, & locorum sacrorum inquinationem, quam Daniel prædicti; qui haec, inquam, viderit, & cum Danielis prophætia concuerit, intelligat verè esse completa, quod illæ vaticinatio fuerat. Porro sequentia: *Tunc qui in Iudea fuisti*, &c. ad priora illa pertinent. Auditur enim sibi *psalmus*, &c. com. 6. Hæc interpretatione ambiguitate non omni, & inextricabilis molesta liberatur. Est enim alioqui difficile statuere, quid illud sit abominationis nomine confundens, quod velut signum Christi Discipulis ostenderit, ut eo conspicto, fugaciam urbis antevertentem.

*Et usque ad consummationem.] Graca, Latinum
omni ambiguitate carent. Significant enim, usque ad
rerum exitum, & mundi consummationem, solitudo-
men illam esse mansuram. Hebreo quidam sic explicant:
Et usque ad desinendum, & consummandum (sub mundum)
ſubillat super atrocium, & fluentem, videlicet Iudeo-
rum populim. Alii, *doucē consummatio, & quidam deci-
sa, aque certa, descendat super visitationem*. Ita Vatabulus,
ubi subiunguntur est verbum, defruct. Optima est
Latini nostri sententia: secundum quam semper iernam
fore Dei in Iudeos iram demonstrat. Hic enim nominati-
vus subiunguntur est in verbo *vix*. Nam defolatio-
nis vox in Hebreo non compareat, quam Latini, &
Graci adjiciunt, sententiam magis secuti, quam ver-
ba. Atenim dubitatur an perpetua in urbe solitudo fue-
rit, cum ab Adriano constet instauratam postea fusio-
Facilis est responso. Nam de templo maxime Pro-
pheta loquitur; quod numquam deinceps excitari potu-
it: quamvis magno Iudei conatu sapientis id aggressus
fuit.*

PARS ALTERA LIBRI, IN

qua novæ quorundam super Annalium ordinatione opiniones excutiuntur.

C A P U T X X X I V .

Operis illius, cui Nova, verae Chronologia titulus inscribitur, summa brevi compendio declaratur: cuius auctor plures annos in Fastis vulgaribus superfluos esse defendit.

CUM duplex sit doctrinarius usus omnium, atque fructus; alter quid in re quaque verum sit alesque alter, dignoscenda, ac convincenda; falitatis rationem tenere: uterque vero iis ex artibus potissimum existat, que in disputatione, ac controverbia posite sunt: nos ejus quam tradimus scientia: cupido lectori duos

decim fere libris ambo illa praefidia contulimus. Nam in singulis penè temporum questionibus, partim errore ante convictionem, quid venit, aut probabile est inquisivimus: partim ab hujus investigatione ad falsi reprehensionem disputationis nostra progesa est. Est autem pars illa methodi totius, quæ in falsis dijudicandis; ac certa ratione convincendis posita est, utilis imprimis, ac singulare quoddam historiæ munimentum: quo detracto, ab errore illa se nequit, aut erroris certè metu defendere; atque in tuta & tranquilla veritatis possessione confistere. Itaque quod de Aristotelis Philosophia dixit autor gravis Themistius Orat. 11. cam Platonica velut septum ac propugnaculum esse; ne hac aggressu facilis, & falsitatis incuriosibus exposta sit: idem de Chronologia licet usurpare, & cam historias dicere apud populos Graecos, apud Ægyptios, & Phœnicios, & Carthaginos, & Persas, & Iudeos, & Iuxitanos, & Arabes. Et multa postea

De Ari-
stotelis
Philoso-
phia The-
misticii di-
stum.

αλεῖται τὸς Ἀπειλέας τὸ δογμάτων. τοὶ γὰρ πολλοὶ τοιοῦντες,
καὶ σφυροῦσθαι οὐχίσκεται τὸ θέλειν, καὶ ἀναλόγους θεραπεύεσθαι
καὶ optimum exordium, καὶ propagulacum, ατερμένη
προνομή. Nam cum acceperit facilis, & incurvioribus obnoxia
sit; muniri illam ab altera, & valla quadam cingit; tum
contrariorum dogmatum infidias unigene prospiciunt. At

LIBER DUODECIMUS; CAP. XXXV.

pinxerint, quibus per vim alii praefuerint. Unde duodecim annis infra communem calculum sufficerunt, quod inter alios Polybius est secutus. Quocirca cum hoc modo duodecim annis tardius, quam in Faftis Capitolinis, res gestae redderentur, contigit ut primum annis tres post annum Urbis dc. deducerentur a Polyblio, qui sub annum DCXXIV. mortuus est. Deinde ut Tarrutius tribus etiam annis Polybianam anticiparet epocham. Ita sex annorum ~~post mortem~~ resedite. Quem quidem post Neronis obitum conditores Faftorum communium ut resarcirent, quinque paria Cossi inferuerunt, & annum primum Olympiadis cuiusque non in eo Juliano, quo desit, anno, sed in antecedente, quo Olympiae est habita, statuerunt. aut aliud certe Confulum per inculcarunt. Post Neronis mortem Faftos recte habere iudicat. Hac igitur nova opinio, Chronologique ratio; hoc firmamentum est. Octennio primum res gestas citius in Faftis vulgaribus consignari, ex nonnullis illuminari deliquis probat, quo totidem annis revera tardius, quam vulgo fit, collocanda sunt. Porro tres annos post Urbis condita sexcentesimum annum exhaustur: ita ut octennium illud ad quinquennium redigatur, certis ex autoritatibus adstruit; velut Livii, Flori, & Eutropii: in quibus triennio tardius anni U. C. notantur, quam in Capitolinis: ut appareat istos triennia esse prolaplos. Demum quinque annorum ~~post mortem~~ resedite, partim ex eclipsibus, partim ex auctorum testimoniosis demonstrat.

Quoniam ergo triplex erroris fastigium ab eruditō
viro Faftis vulgaribus tribuitur: ut očo primum an-
nos superfluos admirerit: tum ut triennium paullatim
detractū fuerit: demum ut quinque Confulū paria
redundarint: nos trifariam hanc disputationem par-
tiem; ut in singulis capitib⁹ propria cuijsque par-
tis argumenta, & testimonia pondereremus. Quibus
expensis tum denique Faſtorum communium ordi-
nem, ac feriem ab omni erroris suspicione purgabi-
mus.

C A P U T X X X V .

*De octo annorum labo, quam Fastis vulgaribus Nova Chronologia tribuit. Ostenditur frustrâ id opinari vi-
rum doctum, & hoc ex parte integros Annales esse.
Eclipses pleraque suis temporibus constituta.*

Quo n^o figur o^o annorum ~~æ~~^æg^oen^ois ante annum ferē dc. ab U. C. in Fastos incidenter, argumentatur ex Solis, Luneque defectiōibus, quam certis annis auctores addixerint, eadē tamē ostiōnō tardius accidisse reperuntur ex altronimico calculo, quām vulgares Fasti repräsentent.

Christum **ccxvi**. Atqui deprehenditur illa in anno **cxc**, ante Christum; nempe Periodi Julianæ **4505**, odo annis tardioris, quam habent communis Fafii. Hanc porrò Livius initio lib. **ii.** Dec. **iii.** significat; cum ait in Sardinia Solis orbem minui viふm: & Arpis visam esse Lunam cum Sole pugnantem. Cujus & Obsequenter meminisse dicit, & Silium. Tertia est eclipsis, cuius mentionem facit Polybius lib. **iv.** qua cum vulgo anno ante Christum Urbis condite **dxxxv**, configuratur, Periodi Julianæ **4495**, ante Christum **ccxvii**, reperitur tamen anno ante Christum **ccxi**, nocte illa, qui inter Octobris **xii.** & **xiii.** intercessit. Quarta eclipsis Solaris anno U. C. Varronianæ **dixiv**, congruit. Qui cum vulgo putetur annus ante Christum **cxc**, nonnisi **clexxii**, est: quando Sol defecit in gradu Libra **22.** **40.** **35.** Quinta Solis defectio anno Urbis **dixvi**, accidit. Eadem porro anno **cxxx.** ante Christum incidit in gradu Leonis **20.** Atqui annus **dixvi.** vulgo in annum Periodi Julianæ **4526**, conseretur, qui est ante Christum **clexxvi**. Sexta est lunaris que horas **53.** **20.** **17.** ac sunt digitorum **124.** **100.**

Quarta Solis eclipsis bello quoque ad annum Periodi Julianæ **4524.** quadrat: qui est Urbis condite Varronianæ **dixiv**. Defecit enim Sol Martii **xiv.** feria 2. Novilunium verum ex tabulis nostris contingit Roma hora **7.** **10.** à media nocte, tempore physico. Sol in gradu Piscium **19.** **43.** Novilunium appetens hora **6.** **26.** paulo post ortum Silium. Initium ejus ante ortum hora **5.** **31.** Finis hora **7.** **20.** Tenuit horas **1.** **48.** & hora circiter integræ Roma conspicta est. Digitorum fuit **xii.** **25.** Est id verò tempus longè ad Livii auctoritatem accommodatus, quam quod Vir doctor annis octo postea designat, in gradu Libra **23.** ferè. Etenim vifa tum eclipsis Roma, cum ad Asiaticam expeditionem L Scipio proficeretur, & A. D. V. Eid. Quintiles, qui menisstique in vernum tempus cedebat: cum Januarius in Autumnum subiisset: ut alibi demonstratum est. Sed & idem Livius subiicit, per idem tempus, quo L Scipio cum clavis apollit in Græciam, ne fegni zifiva forent, Acilium Amphissam oppugnasse, cui obfitioni supervenient Scipio.

Quinta Solis defecit non alio anno quātērēda fuit, quam qui vulgo anno Urbis 566. tribuitur: quo Cou-
fa re M. Valerius Metellus, & C. Livius Salinator, anno Periodi Julianæ 4526. Quo anno Julii xvii. Sol
defecit. Novilaniū verum ex Parisinī tabulis conti-
git in meridiano Roma hora 7, 45°, 0'. Sole in Ge-
m:norū gradu 25, 45'. constitutio. Apparens autem
hora 6, 10'. Physico tempore: ac duratio tota fuit
horarum circiter duarum. Copit hora 5, 10'. semi-
sideris circiter post ortum Solis. desitque hora ferè 7,
10'. à media nocte. quod ita Livius expressit, cum
lib. viii. Dec. iv. scripsit, luce inter horam tertiam
fere, & quartam tenebras obortas esse. Fuit autem
digitorum ferme xi, 15'. & maxima Solis obscuratio
circa horam diei tertiam incidit. Habemus igitur ē
Tabulis nostris quod alio anno, quām cxxx. ante
Christum, Periodi Julianæ 4534. reperiri posse vir er-
uditus minimè putavimus. Neque vero pratermitendum
est, hanc ipsam defecctionem Solis à Buntingho anno
mundi 3781. repræsentari. Sed eandem afferit Roma
contigile hora post meridiem ferè tercia. quam & di-
gitorum tantummodò triūm constituit. Atqui & ex
Tabulis Prutenicis media conjunctio Rome facta est Ju-
lii 17. hora post noctem medium 20, 2'. Vera conjunc-
tio hora 7, 20'. Ex nostris vero Tabulis media conjunc-
tio Juli 17. hora 20, 2'. Vero autem hora 7, 47'.
Itaque defecit manè contigit. cuius rationem suo loco
delineamus. Quin & Livius tenebras ait obortas inter
horam diei tertiam, & quartam, quod de eclipsi di-
gitorum triūm ultrapari non potest.

Bunting-
gki lap-
das.

Valer.
Max. ii
viii.
cap. xi.

Sexta denuo Luna defecit, quam Vir doctus in annum reicit 160. ante eam Christianam, hoc est Periodi Julianae 4554. indecū octēnnio prochronismum colligit in Fastis vulgaribus; sine dubio falso ab illo reditur. Neque enim anno isti convenit. Sed Periodi Julianae 4546. quo cum vulgo Urbi annis ex Varro's putatione dixxvi. componitur, quo Cosf. fuere L. *Emilius Paulus*, & C. *Licinius Craufus*. Hoc enim anno Lunam defecit, constat ea nocte, qua inter Iunii xx. & xxii. intercessit, paullo ante prælium ultimum, quo Perseus à Romano exercitu superatus est. Vera autem oppositio contigit hora 20. circiter à media nocte, in Macedonia; ubi tum Paulus *Emilius* erat in procinquo. Duravit horas cinciter 4^o; 6^o. digitorūque fuit ferè 16^o. Ergo tota in caliginem Luna subiit. Initium ejus hora æquinoctiali post medianam noctem 17^o; 5^o. Medium hora 20^o; 2^o. Erat tum luminarium situs accuratus, ex Tabulis nostris, in gradu Geminorum 25^o; 45^o. ubi et Prutenicus à Buntingho reprehenduntur. Tota in umbram ingressa est Luna hora 19^o; 42^o; 0^o. emergere autem cepit hora 20^o; 2^o. Defit autem obscurari penitus hora 22^o; 5^o. Quæ cum Buntinghi descriptione apprime consentiunt. Hinc & Tabularum nostrarum fidem adstruitur: & vulgaris Chronologia munitur. ut minime viro illi docto concedendum sit, qui illam ipsam Lunæ defecitionem octēnnio solido tardius confit in annum Periodi Julianae 4554. cum Sol in Aquari gradu 4^o; 51^o; 34^o. versaretur. Atqui multis modis hujus opinionis falsitas convincitur. Incidit enim eclipsis illa non Januarius, vel hieme; sed aestate. Livius post circumactum Solstitium evenisse scribit, *floransissimo aſtu*. Plutarchus verò *ἥγετη τὸν λέων ἀφίστορος*, aſta jam senecte. Non potest igitur id Januarius contiguisse. Porro Plutarchum anni Juliani ratio, qui aestate illius erat in usu, in errorem induxit, ut *ἥγετης φίλοντος* id evenile scriberet. Nimirum quod defecitionem illam pridie Non. Septembres incidebat legerat; ut refert Livius; quasi eadem anni forma, idemque situs mensura per illud tempus extitisset; ita in definitum aſtatem contulit. Verum cum Januarius Romanus in Autumnum fere tum caderet; September in Iulium incurrit. Quid ad Livium attinet, qui post circumactum Solstitium idipsum notavit, levis hic in historico est, & ignoscendus error. Nam neque Pauli *Emili* seculo, neque Juli *Cesaris*, Solstitium ante xxii. Junii circumactum est, quod ejusdem mensis xxv. circiter die anno primo Juliano contigit.

In septima & octava Solis defectione frustra labatur. Nam nullam verba illa Livi, aut Plinii significant; nec ulla Romæ annis ab Urbe condita dcⁱ. aut **dcxii.** contigit.

C A P U T XXXVI.

*De Annorum trium labe, quam frustra Nova Chronologia
Fastis attribuit. Explicantur Livii, Messalæ, Eutro-
pii, & aliorum loca.*

*dium duci, per quadringentos quadriginta & septem annos,
omnis Italia viribus armorum subacta est, &c. Cim igitur
regibus annos **ccxli**. imputet, non **cxi.** ad-
ditis quadringentis & quadraginta septem, fuit annus
691. Unde biennio dumtaxat a Capitolinis Fafis dif-
fident; si quidam ab Viri docti mente verbis illius
interpretetur. Sed non ita est. Neque enim illius
probanda divinatio; **decem minus** scripsisse Messallam.
Quippe ad ultimum usque **Julii Caesaris** annum, quo
principatus ejus, & Monarchia desit, annos putat
septingentos decem. Principatus autem **Julii Caesaris** nequam
quam primo ejus Consulatu convenient. Quod au-
tem ad annos illos Regum, **447.** Consulum adjungit;
primum qua licentia Vir doctus ad **decem** ascribit **mi-**
nus, eadem & nos pro **quadriginta** **septem** emendabimus
quinquaginta **septem**. Annis enim **457.** Romanorum Im-
perator res geltae ac viatorum circumscrimit, quibus
Italianam, Alpes, Gallias, Hispanias, Graciam, Afri-
cam, ac totum fere orbem imperio subjecerunt. Ho-
rum bellorum postremum est Gallicum, quo Caesar
Galliam subegit. Hujus annus ultimus Capitolinis Fafis
est **dcxx.** circiter. Nam deinceps pacata in Galliis
omnia Caesar fuere. Si igitur ad annos **244.** accedant
457. confient anni **701.** hoc est ferè **702.** ut uno minus
dumtaxat Messallam numerari. Sed haec castigatione
prætermissa, aliud accipe, quod hanc paulò mihi re-
miserit. Sic enim existimo: Messallam istum
447. annos complexus est, temporis
illud definitum spacio, quo Romanum imperium,
nondum oppressum libertate, novis provinciis etiæ auctum:
domitis videlicet populis, ac nationibus illis, quas per-
ficerat; Gallis exceptis: quas novem annorum labore
ab Julio Caesar parte una cum Britannia polteâ scri-
bit. Sane ad annum ferè ab U. C. **dcxci.** Capitolinum;
hoc est totis **447** annis, omnes illæ provinciæ, quas
illuc enumerat; Imperator armis expugnatæ, & ad
Romanum imperium additæ fuerunt: exceptis, uti di-
cunt est, Gallis; quarum separatis meminit; tum reli-
quis, que post Augustum, & erupta jam libertate,
subditionem Romani nominis cesserunt.*

Fafis consentit. At in anno **dxl.** ab U. C. quo Cosf. fuisse dicit L. Emilius Paulum, & P. Terentium Varo-
num, triennio Fafos excedit. Hic enim annus in
illis est **dcxxxvi.** Annus vero, quem Eutropius n*t.i.*
appellat, quo T. Quintius Flaminius adversus Philip-
pum regem profectus est, in Capitolinis est **dv.** Qua-
tuor igitur annis, non tribus amplius patet.

Quocirca cum tanta sit in Eutropio computandorum
annorum ab Urbe condita varietas; cumque in
annis **iv.** uno tantum discrepet a Fafis Capitolinis: in
tribus, biennio: semel vero adamus, congruat in an-
nis illis, quos nominat pot dc. concipit: in quin-
que vero tantummodo, triennio minus subducatur: quid
est tandem cur ex paucioribus istec*s* tellimoniis trien-
niū in annis Urbis deceſſe Vir doctus argumentaret
potius, quam nos unum annum duosve alios ex locis ea-
dem ratione colligamus? Quin illud fanē probabilius
affirmemus; Eutropium alias alibi Fafos fecutum; ant Cap. **18.**
interdum hallucinatum, in ea re minus fuisse contem-
nem. Quia eadem inconstituta, & in novam iam lin-
tentiam redundat. Etenim cum alibi statuar ex annorum
octo σεγνίσιον Romanum in Annalibus, post annum
dc ab Urbe condita paullatim tres annos esse decreatos:
ad eo ut istes temporibus, quæ proxime absunt à nc. sex
vel septem annorum prochronismus exifiat; ac circa
annum **dcxxv.** quo Polybius obiit, triennii jam labem, Cap. **92.**
& μετάνισσον accidit: velut: videmus tamen codem,
quo ille iulus est, Eutropio teste, anno **dcxxvii.** **dcxxxiii.**
ac longe postea, biennii solim, aut unies etiam anni
discrimen incurre.

Subiicit his tellimoniis vir eruditus Ciceronis locum Cicero
è Bruto, & Tufculana 1. ubi Livium poëtam fabulam decla-
primum docuisti memorat. C. Clodio Cæci F. & M. Tu-
ditano Cosf. anno post Romanum conditam **dx.** cum ta-
men Fafis Capitolini. Consulles istos exhibent anno
dcxi. Atqui in Bruto plerique codices habent; Post
Romanum conditam quarto decimo & quingentesimo. quod
Varronianæ putationi, & Onufrii Fafis congruit: ra-
metis in nonnullis exemplariis, decimo, non quartur
decimo legatur: ut in Tufculana 1. cui plerique decimo

Itaque illo ipso anno DCXXI. M. Messalla, & M. fone Coss. Pompeius de toto penè terrarum orbis traphavit. quando & gloriissimè illud in concione dicitur. Asiam se ultimam provinciarum acceperit, eamdem medium patrie reddidisse. Auctor Plinius. Quocumque merito annum istum, velut victoriarum, & amplificata di imperii libera in civitate terminum Scriptor ille constituit. Quanto sit hæc conjectura, quam superiorum Viri docti, probabilior, eruditus Lector judicet.

Mediæ succedit Eutropius triennalis, ut idem opinatur, *metacronus* assertor. At is ipse conjecturam istam vel maxime redarguit. Nam in paucis dumtaxat annis triennio minus quam Capitolini Fasti numerat, in plerisque uno tantum ad duobus, nonnumquam verò quinque, minus, alia denique triennio amplius imputat. Trienni *metacronus* apud Eutropium exempla fœtem novæ Chronologie auctor adduxit. Sed ex iis demanda sunt duo. Ita quinque dumtaxat in locis triennio calculus illius Capitolini minor est. Nimurum in anno **DCL**, **DCLIX**, **DCLXII**, **DCLXVI**. et **DCLXXVIII**. At in annis **DCCXLVII**. & **DL**. quos pro se ille protulit, nequaquam ratio procedit: ut paulo post dicetur. At qui Eutropius idem quatuor in locis uno tantum anno minus quam Fasti Capitolini colligit. Primum enim **DCCXLVII**. secundum conditæ Urbis apellata. quo Consilium fuit anno post Consulatum primum iterum Confitemum esse refert: triennio utique plus dicens. Nam primus *Emilius* Consulatus incidit in annum **DXXXI**. Verum biennio dumtaxat amplius est intervallum. Annus enim Urbis conditæ quingentesimus octag(es)mimus quintus, decimus quintus est à septuag(es)mimo primo. Nihil nos autem varietas ita commovere debet que & in aliis plerique Scriptoribus major interdum cernitur; neque tamen conjecturis ideo novis opportuna censetur.

DCLXXXI. annum conditæ Urbs appellat, quo Con-
fuerit P. Cornelius Lentulus, & Cn. Aufidius Orestes,
qui in Faftis Capitolinis est DCLXXXII. Item annum,
quo Cof. fuere M. Tullius Cicero & C. Antonius,
DCLXXXIX. quem Fafti recentent uno amplius DCXC.
Tum annus DCXC ab eo dicitur, qui in Faftis est DCXCI.
Cof. Junio Silano, & L. Morena. Demum annum DCXCI.
nominati concipiunt eum, quem Fafti numerant DCXCIV.
quo Cof. fuere C. Julius Caesar, & L. Bibulus. In his
quatuor locis uno tantum anno Capitolinis à Faftis
discrepat. At in anno DCXXVI. cof. C. Caſſio Longino,
& Sex. Domitio Calvinio, biennio minus habet,
quam Fafti, qui annum istum DCXXIX. exhibent. Item
annum DCXXXII. notaſat Conſulat M. Porci Catonis,
& Q. Marci Regis; cum sit in Faftis DCXXV. Tum
annum DCXXVII. numerat, quo M. Crasius contra Par-
thos profectus; qui in Faftis habetur DCXXIX. In anno
potro DCXXI. quo C. Caesar interfectus est cum iſdem
et iter.

Aeter locus eſt ex lib. iv. Decadis III. ubi ab anno
Urbis conditæ Tab. Capit. DXXXIV. ad annum DXXXIX.
numerat annos octo; triennio plus quam oportuerat.
Atque annum ipsum DXXXIX. ita Livius exorditur.
Quinto anno secundi Punici belli, Q. Fabius Maximus IV.
M. Claudius Marcellus tertium Confusatum inuenies; &c.
Idem potro primum annum Punici belli Confubilis af-
signat T. Sempronio, & P. Cornelio Scipioni, qui an-
no DXXX. Confusatum geserunt. Intervallum ergo an-
norum non amplius quinque. Quare siebū octo anno-
rum apud Livium constitutum fit, id errori Librario-
rum, non Faſtorum diſſenſionis debet imputari. Poſtre-
mus eſt locus ex Epitome lib. ix. Decadis XI. Ibi Au-
gauſtum ait anno etatis duodecimetiſmo Cof. creatum.
Quod accidit anno Urbis conditæ Tabul. Capit. DCXX.
Natus eſt autem Augustus anno DCX. quo incluſo, ad
annum DCXXVII. anni sunt XVIII. Proinde annum DCXXVII.

anno 1561. Livius usurpavit; ut & Seneca libro de Clem. nta i. cap. ix. qui idem cum Livio de Augusti atque script.

Ego verò non majus quām biennii discrimen apud Livium animadverto. Annum quippe xx. jam exceferat Augustus, & vicesimum primum inierat, quando Consul est factus. Livius autem annos habuisse scribit xxi. hoc est excepit, & xix. egisse. At Seneca non de anno Consulatus agit; sed de antecedente, quo Consul erat M. Antonius: *Cum hoc aetatis esset* (inquit Nero) *nam et duodecimsum egressus annum, jam pugione in finu amicorum absconderat: jam infidus M. Antonii Consulatu latu petierat.* Nihil hic anachronismus est. Sed cum Fastis egeste consentit. Quo enim tempore Caesar occisus est, Octavius nonum decimum agebat annum; & post menses aliquot vicesimum est ingressus. Reste ergo Seneca duodecimsum jam absoluisse scribit.

CAPUT XXXVII.

De sexennis anachronismo, quem post annum Urbis sexcentesimum in Fastis reprehendit Nova Chronologia scriptor. Expendunt Ciceronis, Macrobii, Censorini, Fenestelle, ac Plinii testimonia: quibus perperam nisi novam illam opinionem ostenditur.

S ub anno Urbis condita sexcentesimum paullatim Sexannis est tres annos, Vir ille doctus existimat; hac quidem progressione, ut proxime ante, vel post annum ipsum dc. unus aliquis; inde alter; ac demum tertius annus detracitus fuerit. Quo factum est, ut octeni¹⁸ni *sexagesimus* illae, quem irreplice confirmat, ad septem, & sex annos redactus, in quinque postremo referatur. Qua ex ratione sequitur pauciores annos ex rei veritate ab U. C. numerosus esse, quam Capitolini Fasti computent: ut qui annus, exempli causa, dxcv. in illis censemur, nonnisi dxxxvi. sit, qui dcv. putatur, is revera sit dxcvi. Hoc enim modo verum erit quod ille pugnat, octo annis tardius Urbis initium esse statuendum. Sic annus U. C. dxxxvi. quo Perseus a Paulo Emilio vicit est, cum vulgo centefimus sexagesimus septimus ante Christum ponatur, nonnisi cix. erit. Hanc esse nove illius conjectura rationem superiori capite monstravimus. Itaque mirum deinceps ejus est institutum, quod cum octo primum, ut diximus, annis Capitolinos Fastos affeverat Urbis condite primordium anticipare, qui ad septem deinde, sex, & quinque post annum Urbis dc. redacti sunt; mox contraria omnia demonstrat. Non enim anticipatione Fastos, sed tarditate peccare colligit. Nam sex annis Capitolinos Fastos minus putare docet; cum antecedentibus capitibus plus justo numerare dixisset. Atqui ne istud quidem illis testimonios, que in eam rem confort, effici potest; videlicet Ciceronis, Censorini, & Macrobii.

Cicerio, inquit, Scipionis somnium accidisse refert triennio antequam Carthaginem everteret. Macrobius annum eudem illum à morte Romuli dxxxi. esse testatur. Porro si Romulus annos xxxvii. regnavit; quot ei Chronologo ferè omnes tribuant; confient anni dco. in quibus sex redundant. Nam in Fastis Capitolinis annus dci. est tertius ante annum illum, quo Carthago deleta est. Verum eodem capite, quod est xi. libri i. in Somnium Scipionis. Macrobius Romulo annos assignat xxxii. tum addit duos, qui somnium inter, & consummatum bellum intercesserant, unde colliguntur anni dxxiii. à morte Romuli ad somnum usque quandoquidem anno U. C. dcvii. Scipio Carthaginem everteret. Apparet ergo non ex certis Annalibus, qui à vulgare differunt, hanc numerandi ratione hauisse Macrobium, sed cùm ex Varroniananaputatione delecta Carthaginis annum constitueret; ac Romulo nonnisi duos, & triginta, uti varia sunt de eosententia, tribusfit; interiectum deinde tempus definiisse dxxiiii. annorum. Quocirca vulgare Chronologiam Macrobii affirmat: novam autem illam vel ex ipius, qui hac uitit, argumentatione profrui evertit.

Censorinus porrò capite xvi. Pisonis ex Annalibus verba profert; sed ea valde depravata; nihil ut ex iis liquido probari queat. *Roma* (inquit Piso) *condita est*

anno 1561. *Seculum accipit his Coss. quis proximi sunt Consules, M. Aemilius M. F. Lepidus, C. Popilius II. absent. Ex quibus id obtineri videtur, Coll. M. Aemilio Lepido, & C. Popilio Lanate secundum: id est anno Capitolini dxcv. fastulam septimum iniisse, quod ipsum convenire debet anno dc. Igitur sexennis totu plus habet Pisonis, quam Fastorum Capitoliniorum calculus.*

*Verum quod mendosa sunt Pisonis illa verba; nihil ex iis certo probari potest. Quod si vir illi docto creditus, adeo vetustum est mendum, ut etiam Piso Censorius, & Cn. Gellius, & Cassius Hemina illud ipsum in suis codicibus habuerint; eoque in errorem abduci sint, ut fastulare ludos alienis annis addixerint. Quod sane *neque* nemini persuadebit. Et quamvis aliqui offici inde suscipiemur; primum non sex potius quam septem, vel quinque prochronismus annorum ex illis orietur. Cum enim dicunt fastulam ab iis Coss. ordinari, quibus proximi sunt illi qui nominantur, potest fieri, ut vel ab antecedentibus anni videlicet dxxi. Coss. vel a sequentibus anni dxxvi. inchoati velit. Tum illud interea reputemus animo; si verum est quod vir illi doctus obtinere studeat, Fastos Capitolini annorum octo prochronismo peccare; cum Pisonis antiquissimi Scriptoris annales sex annis illos antevertant; consequens est, ut non octo dumtaxat anni; sed quatuordecim est communibus annorum calculus eximendi videantur. Quam ad licentiam patet facta semel aditu, quot erunt Scriptorum de annis Urbis, Olympiadum differentes sententiae, totidem de annorum minimo numero nova opinione existent, quod quam absurdum, & intolerabile fit, nemo non videt.*

Accedit ad superiora duo, Fenestella quoque Scriptoris antiqui testimonium, qui ut Plinii lib. xv. cap. 1. ¹⁸ ^{20d} refert; Tarquinii Prisci finem posuit anno U. C. 183. ^{loci c. 183} ¹⁸³ octo annis tardius, quam vulgo fiat. Atqui sex dumtaxat annorum tarditas, non octo colligitur; si quidem anno Urbis Varronianiano 177. Servius Tullius Prisco siccet. Secundum Capitolinos vero septem erit discrimen annorum. Ceterum eti hac ratione aliquot annis tardius, quam vulgo feratur, Tarquinii Prisci mortuus sit; non tamen consequens est octo annos, ut ille censem, & Fastis expungendos esse, quasi superfluos. Nam qui octo annis tardius mortem Prisci retulit, fieri potest ut plures ei, vel praecedentium regum aliqui annos arrogarit, quam plerique omnes tribuant: & ex successorum annis vicissim verfura facta compenfaverint. Sic enim auctores quidam Servio Tullio nonnisi xxxv. annos adscribunt. compleures tamen xli. Item Tarquinio Superbo plerique xxiv. nonnulli xxxiv. assignant. Quocirca cum Servius ex communi sententia mortuus sit circa annum U. C. ccxxi. ex eorum tamen opinioni, qui annis xxxiv. regnum illius definit, mortuus erit anno Urbis ccxi. Quod si quis aliquid hoc legens, affervere vellet annos decem in Romanis Fastis desceat, nemo illi concederet; propterea quod alibi compensati anni isti fuerunt. Sic in annis octo, septem, quo vir doctus caufatur, idem accidisse probable est; nec ultimum ex ea re praesidium illius habere Chronologia potest: cum non idem breviori ante Christianam aera intervallo (quod ille contendit) rerum gestarum incidit tempora necesse sit. Addit Scriptores illos, qui plures à conditu Urbis annos imputarunt, fortassis epocham Urbis, vel Olympiadum antevertere, ut qui in Fastis Capitolinis centefimus & septuagesimus septimus est; annus, ante Christum 576. idem centefimus octuagessimus tertius ab illis habetur, altius annorum Urbis repetito principio: ante Christum vero nihilominus est 576. Minime ergo verum est, quod ex Censorini & Macrobii auctoritate concluditur, annum Tabularum Capitolinarum dxcv. esse annum ante Christum 150. annum vero U. C. dci. esse ante Christum, 141. Est enim ille quidem, ante Christum 157. hic autem, 148.

Praterea sex annorum labes ex Tarrutii descriptione, ^{Nova Chron. cap. 106} & eum secuti Varronis auctoritate defendit. Hic enim annum, quo & conceptus est Romulus, & Urbis fundamenta facta, sex annis infra vulgo constitutum in Fastis &c. epocham summovit. Sed hoc argumentum lib. ix. cap. xliii. disputatum, plenè confutatum est ubi Tarrutianam Urbis epocham cum Varronianam consenserit; aut, ad summum, mensibus senis discrepare perspicuum fecimus.

LIBER DUODECIMUS, CAP. XXXVIII.

^{Nova Chron. cap. 119} Ad huc Pausanias in Achæis scribit Corinthiaco bello finem impositionis dum ali: citius, ali: tardius contingit res sacerunt, quam communis fuit opinio: neque tamen propterea mutilando Annales Graecos, aut Romanos supicari licet. Pythagoram ecce nonnulli Numæ vixisse tempore scripserunt, quem constat longe inferiorum ætate fuisse. At ex superioribus illis auctoriis ducentis circa annis minuendos esse Fastos dicimus; & ad Tarquinii superbis tempora, quo regante ille floruit, Numæ demittimus atatem? Quam multi in Eusebiano Chronico, & in historicis plenèque prochronismi, vel metachronismi; dum sacræ, vel profanae historiae inter se comparantur. Quis ideo novitatem illam affectet, & interpolandam annorum seriem arbitretur? Atque huc ita dispuo, quasi precipuum aliquem fibi Scriptorem imitandum Siganus in illa temporum descriptione proposuerit. At id secus se habet. Neque enim certum quempiam & anonymum Siganus Chronologum sequi se proficitur ille. sed hallucinatio halucinatio natura magis alienis temporibus Romanorum illigavit hi.

Nihil est facilius, quam Diomysium cum vera historia conciliare. Nam bellum Marsicum ~~marcus~~, usurpavit, tamquam insignem epocham; quod sub illud, id est paulo post, Capitolium incendio conflagarit.

Mox tamen accuratus tempus concipiens, accidisse dicit post Olympiadem cxxxi. Jam quod Tacitus lib. 111. Hist. artificis templum Capitolini Jovis referit anno dco. quām à M. Horatio Pollio dedicatum fuerat, pro quo Nova Chronol. aucto annos cdxx. rescribit, ut quinque annum suum affirmet: cum resp. cxxv. anni intercesserint, longè videtur expeditius, si quidem fastigandum est cxxv. quām cdxx. reponere. Quod si vulgata Taciti lectio retinatur, videri potest Historicus illi Fastos alios, quam vulgares fecerunt: eos scilicet, qui annum primum ab U. C. decennio toto tardius assignabant: quod mirari neminem oportet. Res enim varietatis, & controversie plenissima.

CAPUT XXXVIII.

De annorum quinque vitio, quod in Fastis deinde residit Nova Chronologia pura, que eius suspicio tollitur. Nonnulla Julii Obsequentiis loca declarantur.

